Quelle:
Copyright:

„habetur. Sepultus est Cremonae in monasterio S. Lu„cae, ubi suorum librorum Bibliothecam reliquit.“ Vide etiam Arisii crem. litter. T. II. p. 269. T. 3. p. 81.

Codex XI.

Membran. Fol. Sec. 13. v. 14.

S. Thom. Aquin. p. I Sum. Theol.

Folia numerat 202. hinc inde lacera et mudda, litt. initial. varieg. Continet I Partem Summae Theolog. S. Thomae Aquinatis. Primo legitur: „Quaestio de necessitate doctrinae“; deinde: „Incipit „Summa de Theologia edita a fratre T. de aquino „ord. pdic. liber pmg t gsp“. Prologus incipit: „Quia „catholica veritatis doctor“. Ad calcem codicis, cui non nulla adnotationes adjecta, legitur: „Explicit liber „primus Summae fratris Thomae de aquino ordinis prae„dicatorum magistri in Theologia“. Dein sequitur tabula ijg quaestionum. In fine operis, ante et post tabulam nomen Fratris rubro scriptum, manus posterior delevit, et nigro atramento nomen Sancti adposuit. An non liceat conjicere, codicem nostrum ante annum Canonisationis 1323. esse exaratum?

De S. Thomae Aquinate vid. Quetif, Script. ord. Prod. T. I. p. 271.